



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

38 Magnus Magister, & conventus Religionis Hierosolymitanae, quomodo
de beneficiis ejusdem religionis providere possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

provisus de parochiali ab Ordinario, etiam S. R. E. Cardinali, ac Sedi Apostolicæ legato, vel nuncio sine concursu, quia dicta constitutio, in conferendis comprehendit etiam Cardinales, & habet decretum irritans, similesque provisiones nullum provisus jus, aut titulum etiam coloratum tribui, illasque ut prius vacare, & sedi Apostolicæ reservatas esse voluit, & declaravit, ut in ead. constitut. §. nos ad quorum, & annalis possessio non juvat detinentem beneficium reservatum. Gomez de anna. poss. qu. 23. per totum, nec triennalis, idem Gomez in reg. de trien. qu. 26. n. 6. 7. & 9.

33 Possessio enim est jus insistendi rei non prohibita possideri, ut trad. Bart. in l. i. nu. 6. ubi omnes Doct. ff. de acq. poss. sed possidentes post resignationem, aut sine concursu contra prohibitionem sacri concilii, & dictæ constitutionis sunt mere intrusi, & titulus redditur ad non titulum, ex supra deductis.

34 Impetrationes beneficiorum sic ob non publicationem vacantium fieri debeat cum expressione nominum, & cognominum resignantium, seu cedentium, & resignatariorum, seu cessionariorum, & impetrantes à data suarum impetrationum ea omnia, quæ cadentes à jure prædicto præstare debebant, adimplere tenentur, ut vid. §. quod si quidquam. post med.

Si verò beneficia impetrata fuerint litigiosa contra cedentes ad ulteriora, etiam usque ad sententiam diffinitivam, ac rem judicaram, & illius executionem procedi poterit, licitum tamen erit resignatariorum, seu cessionariorum, aut subrogatis, coram iudice, coram quo lis pendere contigerit, comparere, ac ad causam in eisdem actibus, & terminis, in quibus reperietur,

absque alia commissione erunt admittendum, ut ead. constit. §. sed ne in beneficiis, quia, cum subrogatur in loco aliorum, eodem jure, uti debent, cap. Ecclesia, il. cum glos. post med. ut lit. pendens. & ibi Innocent. & Abb. num. 6.

Hinc videmus, quòd subrogatus in officio, vel collegio alterius utitur jure illius, in cujus locum subrogatur, tam, quoad commodum, quàm quoad incommodum, l. unica C. de colleg. & cartopra. & ibi Bart. §. si. Io. de Plat. & Rebuff. nu. 4. lib. 17. & ibidem Bart. in l. comperimus. num. 4. de

37 prox. sacr. scri. lib. 12. & delegatio facta alicui in dignitate constituto sub nomine dignitatis transit in subrogatum in dignitate, cap. quoniam Abbas, & ibi Innoc. n. 1. & Abb. numer. 4. de off. deleg. cap. pastoralis, §. ad quod dicimus, & ibi glos. in ver. succedat, de off. iudicis ord. & quia dubitari potest, an resignationes, & cessiones commendarum, & beneficiorum Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani sub dicta constitutione de publicandis comprehendantur, stante, quòd Magnus Magister, &

38 conventus de beneficiis, tamquam privati prædij in titulum perpetui beneficii ecclesiastici, seu etiam ad nutum, seu amovibiliter uni, vel diversis personis, assignari solitis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, seu aliis affectis, aut ad Sedem ipsam devolutis, liberè providere, & illa unire, & dismembrare, & de illis disponere, antianitatesque, tam generales, quam speciales, super eisdem beneficiis fratribus ejusdem Religionis concedere, & resignationes dictorum beneficiorum recipere, & admittere, illaque resignantibus titulum, seu denominationem, ac omnes eorum fructus, seu illorum partem, aut super illis qual-